



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Demonstratio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

## Demonstratio.

## ¶ DEFINITIO.

**D**EMONSTRATIO, Græcè δειξις, & δειξις, demōstratus dicitur, & demonstratio. Est autem demonstratio, certis ac necessariis rationibus alicuius rei probatio.

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Demonstrationem voco ratiocinationem, quæ scientiam ob id gignere dicitur, quod illa animo comprehensa statim rem sciens.

Demonstratio est ratiocinatio, quæ adhibetur ad docendam causam, cur res sit: in vniuerso autem genere causam maximè contineatur.

Demonstratio quidem propriè ac per se erit, qua vniuersum illud genus probatur: in aliis autem omnibus, non propriè ac per se: sed alio quodam non accurato genere demonstrandi illud idem concluditur.

Aut certè ita statuendum est, aut verò nobis hoc loco quasi principium quoddam accipiendum; demonstrationem esse rem certissimam & necessariam; & si quid est, quod demonstratione conclusum est: illud non posse aliter se habere. Ex quo illud necessariò efficietur: eam ratiocinationem, qua huiusmodi res concluditur, esse ex necessariis sumptionibus constituendam.

Demonstratio erit ratiocinatio, quæ ex necessariis constat.

Demonstratio est, cum ex veris & perspicuis conclusio est: aut certe eiusmodi, quæ ex quibusdam perspicuis & veris causam cognitionem sumunt.

Præ demonstrationes, & quæ in pluribus administrationibus insunt: elementa dicitur demonstrationum.

Demonstratio in necessariis rebus dicitur: propterea quod fecus esse & euenire non possit, si plane sit demonstratum.

Pro demonstrationibus accuratis hæc non sunt habendæ ratiocinationes, quæ ex notioribus nobis constituuntur.

Scire quamobrem res est: nihil est, quam rei causam nosse. Quapropter necesse est in demonstratione, vt medium minori extremo propter se conueniat: & maius item extremum medio. Ex quo illud efficitur vitiosum esse in demonstrando: ex vno genere in aliud migrare.

Tria sunt, in quibus omnis continetur demonstratio: prima est ea, quæ ex demonstratione conficitur conclusio: sunt deinde & pronuntiata, ex quibus ipsa colligitur: tertium est ipsum genus subiectum, cuius affectiones, & quæ per se conueniunt, accidentia demonstrantur.

Eorum, quæ fluxa & caduca sunt, nullam neque demonstrationem, neque scientiam (nisi fortè incertam quandam & quasi fortuitam) esse posse dico.

Illud profecto non est satis ad rem sciendam, quæ propter se alteri conuenit, adhibuisse ad probandum veras, in demonstrabile, immediatasque propositiones.

Nos scèpe id ad rem sciendam satis esse existimamus, si modo ex veris ac primis quibusdam sumptionibus constat ratiocinatio: cum tamen multo fecus res habeat.

Neque demonstratio, vt nec ipsa ratiocinatio, ad id pertinet, quod verbo aut negatur, aut affirmatur: sed ab interiore sensu vim habet, remque semper respicit.

Demonstratio efficitur ex verisimilibus & prioribus.

Demonstrationes à principio ducuntur: & habent finem sibi quodam modo propositum, vel ratiocinationem, vel conclusionem.

Non potest vnius generis demonstratio in aliud genus transferri, nisi perinde sint affectæ: atque Geometricæ demonstrationes ad Opticæ aut Fabricæ demonstrationes: & Arithmeticæ ad Musicas.

Ex prioribus ac notioribus constat omnis demonstratio.

Omnis qua quippiam demonstratur probatio, constat propositionibus aut omnino necessariis, aut quæ plerunque ita fiunt.

Necesse est, demonstratiuam scientiam ex iis sumptionibus constare, quæ & veræ sint, & primæ, & vt sic dicam, immediatæ & notiores, & priores, denique & causæ conclusionis. Nam si hæc sint omnia, fiet vt accommodata sint, ad id, quod demonstratur, principi-

pia. Quamquam enim possit esse ratiocinatio, vt finitum omnia in demonstratione: tamen non sunt necessaria rem sciens, nunquam efficiet.

Ea, quæ demonstratione concludi possum, cum demonstratione non fortuito sciuntur: cum est animo comprehensa.

Aliquid doceri non potest, nec demonstrari, nisi per & principiis capto exordio, vsque ad vltima perueniant.

Quod subiectum scientiæ est, demonstratione concludi non ostendatur.

Demonstratio ad ea nulla exhibetur, quorum probatio venire possunt.

Omnium demonstratio esse non potest, res enim progredere.

Est præstantior ea demonstratio, quæ cum ceteris præterea conueniat, paucioribus absolutis, quam illa.

Nihil est præter substantiam, quod per demonstrationem non ostendatur.

Demonstratio non definitio erit, quæ, quæ res demonstrat.

Est tantum demonstratio concluditur: de qua dici possunt.

Si est ea accuratio demonstratio, quæ ex principijs quæ non constat: aut verò, quæ ex iis componitur, quæ appropinquata sunt: ea est potior, qua continentur illa, quæ appellatio magis sunt remota.

Est autem prioris demonstrationis de toto genere: profecto necesse est, vt in leniori vniuersi generis probatio.

Vniuersi generis probatio ratione & intelligentia quæ autem de parte concluditur, ad sensum pertinet.

Quod igitur longe præstat demonstratio vniuersi generis, quæ in parte versatur: ista sufficit.

Ponatur illam demonstrationem alteri præter reliqua paria habeat, paucioribus absolutis postulat.

thebibus, aut propositionibus: vt enim sint æque manifestæ que propositiones: illa certe, quæ paucioribus constat, cognitionem afferet: quod profecto optabilius est.

Vt quæque probatio certiorè parit rei cognitionem, de vniuersi generis quæ est, siquidem in eo posita sit omnia rationis virtus, vt scientiam gignat.

Est ea semper accuratio probatio, quæ quod ratiocinatio quod nusquam est, ostendit: & quæ errorem nullum in ratiocinationis virtus, vt scientiam gignat.

Qui totum genus nouit, rem vt est, magis nouit, quam rem tantum intellexit: ob eamque causam vniuersi generis probatio, quam alicuius partis.

Erit potior accuratioque de toto genere demonstratio, quæ quidem illa magis causam, cur res sit, explicat.

Est accuratio vniuersi generis demonstratio, quam quædam dem.

Par est, vt carum rerum, quæ ad demonstrationem accommodatæ sunt, sit etiam magis demonstratio.

Illam semper est optabiliorem demonstratio, per quam sunt cognoscimus: quam quæ vnus tantum rei cognoscitur.

Perspicuum est, nec omne, quod definitur, potest esse nec omne, quod demonstratur, posse definiti.

Ad demonstrandum valere dico etiam communes opinioniones, quibus omnes docent atque demonstrant.

Quoniam in vnoquoque genere ea necessariò inueniuntur alicui rei, & quia res huiusmodi est, conueniunt per se modo de iis fieri, quæ per se sunt, sed etiam ex his conueniunt demonstrationes, quæ præter scientiam possum.

Si aliqua sint initia, & nec probari demonstrationes possunt: nec progredi in infinitum licet.

Omnium demonstratio esse nullo modo potest: ex aliquo progredi, & in aliqua re versari, & aliquo modo sit demonstrationem.

Essentia non videtur esse demonstratio.

Qui demonstrare volunt, iis non est pendendum, de demonstratione, quandoquidem ex rebus contrariis nunquam potest demque res demonstrari.

Hoc constat, demonstrationem omnem extrinsecus non pluribus strui, nisi forte per diuersa argumenta conuenientem colligatur.

